

UNIVERSITY OF TORONTO



3 1761 01797873 5

PT  
1743  
L54M6  
1539a



1968

LVTII PI=

SAEI IUVENALIS  
MONACHOPOR.  
NOMACHIA.

DATVM EX ACHAIA

*Olympiade nona.*



# AD CE

LEBERRIMVM, ET FA-  
mosissimum dominum, Dominum doctorem Lu-  
therum, sacrarum Ceremoniarũ renouatorem,  
causarum sorensum administratorem, Archi-  
episcopum Vitebergensem, & totius Sa-  
xonie primatem, per Germaniam  
prophetam, Lutij Pisei lue-  
nalis Monachoporno-  
machia.

## AD LV THERVM.

PACIS pernities, & causa Luthere tumultus  
O & Saxonice perfide præses aque  
Qui regis indoctum fallax sine iure popellum,  
Quiq; tuo clarum crimine reddis opus.  
Saxonicasq; tenes urbes, & cogis ad arma.  
Et tibi Leucorium subijcis ipse tuum.  
Qui uacuos culpa damnas, solusq; nocentes.  
Quiq; reos falsa iudicis arte premis.  
Persequerisq; pios insigni fraude poetas,  
Et qui castalibus pellis ab urbe Deas.  
Qui toties captos iugulasti mille colonos.  
Et toties reparas horrida bella manu.

L. PISAEI IUVENAE

Cuius & auspitij sedarunt sanguine fossæ,  
Et rubeos fluens unda cruenta dedit.  
Ac toties patrijs arserunt ignibus arces,  
Pertulit & tantum Teutonum ora malum.  
Si tibi paulisper cessant conuitia linguae,  
Et uacat à cunno mentula forte tuo.  
Accipe nō lato precor hæc mea carmina uultu,  
Quosq; dedit lusus Pieris ipsa lege.  
Tristia cum dederint nostræ solatia Musæ,  
Et poterint uersus displicuisse mei.  
Tum meliora tibi, tum candida crimina nosces,  
Incestusq; leges pignora chara tui.

CVPIDINES.

Has aperite fores. Heus, Heus tu ianitor aule?  
Accipiant Veneres hostia nota suas.

IANITOR LVTHERI.

Quis pulsat? Cup. blande ueneres, lususq; iociq;  
Istius & risus delitiaq; domus.

IANITOR LVTHERI.

Et Venus, & Veneris comites mollesq; puellæ,  
Hæc

## MONACHOPORNOM.

Has poterunt tuto si libet ire uias.

Ete precor gratæ uenictis nempe Luthero.

Quid Venus ipsa petis, quis chorus, unde ue- Luther.  
(nit?

### V E N V S.

Saxonie uates clarissima sanæ per oras.

O & Lampsiaci pars studiosa chori.

Si placet hos lusus dabimus, laudesq; canemus.

Incipe delicias si cupis ipse tuas.

Luther.

### V E N V S:

Vrbis Niniacæ Nymphæ, Cypriq; puellæ.

Quæq; Paphi nuptæ me coluylis ope.

Dicite Saxonico uati iam dicite carmen.

Quælibet Albiacæ iam meditetur aquas.

Iam blandæ uoces resonent, cytharæq; lyræq;

Adserat & uarios Barbitos ipsa sonos.

## BABYLONIDVM ET CY- pridum cantus.

Bellifans nitens Io Luthere,

O for pacis atrox Io Luthere.

Ruris motor atrox Io Luthere.

A 3 TURMÆ



L. PISAEI IUVENALIS

Turmae fusor atrox Io Luthere.  
 Qui pugnas renouas Io Luthere,  
 Armorumq; doces Io Luthere.  
 Causas, scriptor atrox Io Luthere  
 Primates laceras Io Luthere,  
 Et reges laceras Io Luthere,  
 Clamas Caesarcos Io Luthere  
 Saccos cimicis ergo Io Luthere.  
 Iam dicas & Io Io Luthere.  
 Horum es causa malorum Io Luthere.  
 Bellum stridet atrox Io Luthere.  
 Coelum Astra petens Io Luthere,  
 Et pax diffugiunt Io Luthere.  
 Incessus nouus hic Io Luthere  
 Author concubitusq; Io Luthere.  
 Hic inter monachas Io Luthere.  
 Et mæchas habitas Io Luthere.  
 Istos accipias Io Luthere  
 Donamus tibi quos Io Luthere  
 Lusus, & Veneres Cupidinesq;  
 Et cunni uacui leues querelas,  
 Et uulvas tibi, mentulasq; sacras,  
 Vxorumq; sales, libidinesq;  
 Flammas, lampsiacas fututiones.  
 Ergo delitias, salesq; cunni  
 Istos accipias Io Luthere.

MONACHOPORNOM.

Dum cunnos ita amas Io Luthere  
Quos tu lingis atrox Io Luthere.

CVPIDO AD INCON-  
cessum Hymenæum.

Nunc Hymenæe faces, lectos flammâsq; iugales  
Profer, & incestus iunge Hymenæe tuos.  
Da monachâ monacho, uctitas et concute tædas.  
Impius insolitos pone Hymenæe thoros.

HYMENÆVS INCON-  
CESSVS.

Heus tu qui tetricos circumfers sponse cucullos,  
Et monachæ flammis ureris ipse tuæ.  
Incipe non sanas monachæ recitare fauillas,  
Vt pateat uctitis ista querela thoris.

DE NVPTIIS LVTHERI  
& Cattæ Monachæ.

O Hymenæe ferox, infœlix pronuba Iuno,  
O Veneris gelide uos sine luce faces.  
Quæ tu male uelocis mihi tela cupidinis ardent,  
Tincta lycanibæo nempe cruore madent.

Lutherus.

L. PISAEI IUVENAL.

*Infelix bubo thalamis ululabit in istis,*

*Et serale canet noctua carmen avis.*

*Ipsa Venus nostros etiam deslebit amores,*

*Et Dryas hoc lecti monte queretur onus.*

*Ite cito chari procul hinc vos ite ministri.*

*Hec loca sola petit cura, dolorq; sibi.*

*Sed loca sola refert fugias praeceptor amoris.*

*Ergo meos socios candidè serue uoca.*

AMICI LVTHERI.

*O mihi curarum pretium non uile mearum,*

*O decus aeternum, praesidiumq; meum.*

*Tristia quid rursus suspiri i pectore ducis?*

*Gutta; lacrimibus quid cadit ista tuis?*

LVTHERV S.

*Hei mihi quod profunt nulli medicina flammae,*

*Hei mihi quod uacuo pectore regnat amor.*

*Quid tibi nobiscum Veneris scelerata uoluptas*

*En etiam in mactos peruenit illa thoros.*

*Tolle tuos arcus, extingue Cupido fauillas,*

*Ignis enim sacros non decet iste uiros.*

*Vror, ut ardescunt cæratissulfura tædis,*

*Perlustratq; leues candida flamma casas.*

Vos

MONACHOPORNOM.

Vos date consilium, nos & solatia flammæ.  
Si qua uia, est nostris ista terenda rotis.

A M I C I.

Nōn est turpis amor, non est puto crimen in illo.

Sit grauis ille licet, sed medicamen habet.

Summa petit seuis Veneris plerumq; cupido.

In summo stantem te quoq; torquet amor.

Iste Deas petit, iste Deos, Heroas & iste,

Iste regit terras, iste gubernat aquas.

Rara quidē uirtus, quā non Venus ipsa fatigat,

Ab furiosa Venus subiacet ista tibi.

Quem non aligeri tetigere cupidinis arma.

Non ulli parcunt tela cupido tua.

Et Ganymedeos Iuno deflebat amores,

Iuppiter Iliacos dum fouet ipse sinus.

Torserat & Phœbū Daphne fugitiua se iuētem

Et nunc luirigeras diligit ille comas.

Continuit calamos memorem Ladonis ad amicum

Dum Syringa sibi Pan tenuisse putat.

Leucothoen Titan, sed amauit Cypris Adonem,

Arsit in Oebalios pulcher Apollo sinus.

Aequoreos etiam tu nosti forsitan amores.

Et sensit flammæ uirgo Diana suas.

Quid Cybeles ignes dicam Cybelesq; furores,

Ideus resonat iam quoq; collis Atyn.

L. PISAEI IUVENAL.

Heros arsit Hylan posito Tyrinthius arcu,  
Herculeas fufos torfit & ille manu.  
Ereptamq; sibi Bryseida fleuit Achilles,  
Pro Clypeo molles fumpsit & ipse lyras.  
Succinctam scytica dilexit Amazona pelta,  
Aemonijs toties qui superavit equis.  
Regnatorq; Asiae tota Babylone subacta  
Pensa puellarum Sardanapala dedit.  
Inter triginta solitus recubare puellas  
Augustus dominam spercuerat ipse suam.  
Parce tuis igitur nunc parce Luthere querelis,  
Quod nimis ipse tibi forsan habebis, amas.  
Si qua placet nostras tibi forte puella per urbes,  
Filia sit regis nempe futura tua est.

LUTHERVS.

Quod queror est aliud, res est secreta, grauisq;  
Heu patet in curas arca lata meas.

AMICI.

Si quid tu fratri, si quid modo fidis amicis,  
Et tibi si ueras credis amicitias.  
Quicquid habes isti fidei committe tuorum,  
Fiat ut hac leuior cura dolorq; tuus.  
Impartire tuas uexate Luthere querelas,

fficit

MONACHOPORNOM.

Officit in tacito condere mœsta sinu.  
Sæpe fuit sotiùs fortem solatus Vlyssèm,  
Sæpe Menœciades subleuat Acaciden.  
Sæpiùs insanum Pylades confirmat Orestem,  
Sæpe soror fratrem sanat & ipsa suum.  
Tristitiàm demunt solatia fida querentis,  
Et lachrymas tollent hæc mea uerba tuas.  
Consilio curas, referas, sanabimus istas,  
Pectoris & mœstum tristis abibit onus.  
Me telum Veneris uoluerisq; Cupidinis urit,  
Ac requies flammis non uenit ulla meis.

Lutherus.

A M I C I.

Ergo tu celebres tædas, licitosq; Hymenicos,  
Legitimosq; salax ingrediare thoros.  
Scilicet est melius lectos subiisse iugales,  
Quam tibi sollicitus pectus adurat amor.  
Hoc tibi testatur diuini pagina libri,  
Quin tibi si nescis hoc quoq; Paulus ait.

L V T H E R V S.

Istud erat quod me dudum uexauit amantem.  
Concessas demon impedit ipse faces.  
Impedit ille tibi, nunquid datur ergo potestas

Amici.

Vt sol.

L. PISAEI IUVENAL.  
Ut soluat licitos ille ligetq; thoros.

L V T H E R V S.

Sollicitat totum miseros sine fine per orbem.  
Nunc struit & fraudes, insidiisq; trahi.  
Hei mihi quod cogor meretricem ducere turpem.  
O Hymenæe seras concutis ipse faces.  
Menadas heu tædis iussisti ferre iugales.  
Bubo canet nobis lugubre carmen avis.  
Mœsta mihi uolucris thalamis ululabit in istis.  
Et tuus ô Progne sic Hymenæus erat.

A M I C I.

Ecquid sana refers nobis hæc uerba Luthere,  
Dum sic insanis non sapias ipse mihi.  
Lutherus. Si scirem non ulla meæ solatia menti,  
Nec peterem curæ dulce leuamen ego.  
Amici. Coniugium narras meretricis nempe marito.  
Multos mœstus conquererisq; thoros.

L V T H E R V S.

Quædam uisceribus me cogit nupta puella,  
Sollicitatq; thorum, sollicitatq; fidem:

Sæpe

MONACHOPORNOM:

Sæpe mihi fuerat uestali ueste fututa,  
 Incestuq; prius cognita sæpe fuit.  
 Coniugiumq; simul temerarius ipse fututa  
 Pellicor toties, hanc quoties futui.  
 Nunc miser experior multos futuisse, sed ipse  
 Solus dona dedi, coniugijq; fidem.  
 Vult mihi uestalis monacho iam nubere cunnus,  
 Mille fututores passus ut ille fuit.  
 Quæ tamen ista fuit, cuius tu senseris ignes, *Amici.*  
 Cuius & incendas pectus amore tuum.  
 Est quædam monachas inter celebrata puellas, *Lutherus.*  
 Quæ genus à Parisi nobile iactat avis.  
 Dic nomen. Luth. forsân si nescis Catta uocatur *Amici.*  
 Dum sequitur Cattos hoc bene nomê habet.

A M I C I.

Ista ne, quam toties tetricis futuere cucullis,  
 Qui sibi casceles latus per arua legunt?  
 Mille fututores toties quæ passa recesset,  
 Hei mihi si nupta est ista puella tibi.  
 Improbus ille quidem, qui Laida ducere possit,  
 Thaidos & turpes uellet inire thoros.  
 Dij prohibete neplias, crimê prohibete Lutheri,  
 Ne scelus hoc nostrum possit adire chorum.  
 Vos date consilium, sacro succurrite uati,  
 Ne forâ



L. PISAEI IUVENAL.

Ne forsā latius dedecus istud eat.  
Hac est insignis si nescis urbe puella,  
Quæ ueteres auget spes & alumna lares.  
Hanc tibi connubio primis, ōtiabimus annis,  
Et locuples magnas quæ tibi iungat opes:  
Hanc uolumus ducas, si quid petet illa refuta,  
Promississe nega, teq; dedisse fidem.

L V T H E R V S.

Profuit hoc multis, & me quoq; forte iuuabit.  
Ipse sequar dotes, consiliumq; sequar.  
Spargite marite nuces, uirides et spargite frōdes.  
Pronuba Iuno seras tuq; Hymenæe faces.  
Nunc Hymenæe ueni thalamos inire iugales.  
Illustrent tædas limina læta suas.  
Sponsa mihi propra, sponsæ properate parètes  
Spargite fronde domum, spargite flore lares.  
Tuq; ueni nexis formosa puella corollis,  
Et puer, & iuuenis cinctus uterq; rosis.  
Clamet Iō Hymenæe ueni, geminasq; sorores  
Adducat niuco Gratia læta sinu.  
Festa dies uenit, uos carmina dicite Musæ.  
Ingrediar castæ uirginis ipse thoros.

I O N A S.

Huc

MONACHOPORNON:

Huc monachas currus bini uexere puellas,  
 Quarum sanguineus denotat ora rubor.  
 Persudere genas commixti lacte colores,  
 Non secus atq; aurum clusile signat ebur.  
 Quas inter nituit cultissima seemina nymphas,  
 Vera loquor, uideas, huc uenit illa tibi.

C A T T A.

Perfide sperasti te fallere posse Dionem,  
 Et quos addebas in tua uota Deos.  
 Ipse fidem frangis, nostros & tollis amores,  
 Extinguis tædas, coniugijq; faces.  
 Cum periure tua rapuisti fraude pudorem,  
 Esse negas istam coniugis ipse fidem.  
 Et per te Parios infamia prima penates,  
 Et per te Cypris sæda sequuta fuit.  
 Et tibi uirgineum donauit sola ruborem,  
 Crimine te potui demeruisse meo.  
 At tu non licitos Veneris modo perfide lectos  
 Queris, & amplexus, effugis ipse meos.  
 Iamq; faces uetitas, inconcessosq; Hymenæos  
 Fraude paras, nostr. non memor ipse thori.  
 Vt me tu fallas, poteris non fallere Diuos.  
 Et quos iurasti perfide sæpe Deos

Luthe

L. PISAEI IUVENAL.

LUTHERVS.

O Stygijs dudum progressi demones aruis,  
O & Iustifico Persephoneia sinu.  
Menades ô tristes, ô intempesta Megara  
Concute dira faces, concute dira comas.  
Versor ego rursus saevas Acherontis ad undas,  
Ad Stygios iterum dispatiorq; lacus.  
Me cinctas furijs mallei uidisse puellas,  
Quam sacram toties me futuisse iurans.

IONAS ET AMICI.

Inter uestales pulcherrima Catta sorores,  
O & uestalis sama aecusq; toge.  
Si potes hos tantum petimus dimitte furores,  
Quere alios coniunx si potes ipsa thoros.  
Quidam diuitijs, & nobilitate superbit,  
Iactat & antiquo nomine diues auos,  
Hunc tibi iungemus, modo tu dimitte Lutherum,  
Esse nega rursus quam dedit ille fidem.  
Et te non unquam iacta futuisse Lutherum,  
Nec peni cunnum supposuisse suo.

C A T T A.

Ille meos dum uiuo sibi seruabit amores,

## MONACHOPORNOM.

Qui potuit primus conseruisse femur.  
Et qui pro rapta mihi uirginitate puellæ  
Dixit habe nostros & sine fraude thoros.  
Donec et hoc tempus, dulcesq; peregrinus, annos,  
Sint mihi legitima pectora iuncta fide  
Ipsa dabis coniunx ueneris mihi gaudia sola,  
Sola dabis coniunx oscula blanda mihi.  
Ergo perpetuo mihi iunctus amore Lutherus,  
Me sibi legitima seruet ametq; fide.  
Aut mihi sit coniunx dū uiuo nempe Lutherus,  
Aut mihi non alius tangat, ametq; thoros.

## LV T H E R V S.

Me seuius Pluto, me uexant demones omnes.  
Heu decoris fraudes, insidiasq; mei.  
Pluto meo tristes nempè insidiatur honori,  
Nominis & nostri dedecus ille parit.  
Cocytumq; puto, emissas Phlegetontis et undas,  
Et penitus stygios huc fluitare lacus.  
Mœnadas, & demon furiosas misit Eriunes,  
Sollicitat nostras Tisiphonia domos.

## I O N A S.

<sup>A</sup> Commutemus Io sponsas, tædasq; iugales,  
<sup>B</sup> Quæq;

MONACHOPORNOM:

Quaeq; prius sensit, diligit illa uirum.  
 Si dedit ipse fidem, si uult haec esse marita,  
 Et sibi promissos pascit inire thoros.  
 Ne res perueniat nostros fortassis ad hostes,  
 Neue sit ista noui causa reperta mali.  
 Illaq; discurrat nostras furiosa per urbes,  
 Fiat & hic populi publicus ore reus.  
 Est melius ueterem forsitan retinere puellam,  
 Quam scelus illa furens multa per ora serat.  
 Ut tamen haec aliqua facinus ratione prematur.  
 Proderit has nobis forsitan ire uias.  
 Attulit ut dixi duplex quadriga puellas,  
 Infula quas sacrum texerat ante caput.  
 Quilibet e nobis uxorem deligat unam.  
 Legitimos etenim praestat habere thoros.  
 Fiat id, ut nostri seruetur fama Lutheri.  
 Neue per ora uirum dedecus istud cat.  
 At nunc sit monachas labor exonerare puellas,  
 Det uacuas cunnis currus uterq; rotas.

HYMENEVS LUTHERI  
& Cattae Monachae.

Ah scelus, ah facinus flores quid spargitis istos,  
 Letaq; quid frustra gramina limen habet.  
 Iungitur incestu monachi sacrata puella.

Execroy

L. PISAEI IUVENAL

Execror hos lectos, execror ipse focos.

Dicat Hymen nemo, connectat nemo corollas,

Et foucat tales Gratia nulla thoros.

Peruolitetq; domum serali carmine Bubo,

Tristius & quiddam deuia canet auis.

Infelix uolucris thalamis ululabit in istis,

Luctificas quatiet Maenas & ipsa comas.

Et Venus, & totis ibunt Babylonides aruis,

Vt custodis agri Lampsaca festa colant.

Et lasciua suis celebrent conuiuia mensis,

Incestuq; ligent corpora bina suo.

Pollue te monacho, te pollue sacra puella,

Pollue concubitu teq; tuosq; tuo.

Hinc etiam maneat seros ea fama nepotes,

Quae non legitimas extulit ante faces.

Sic ego uestales incestu iungo maritas,

Dum uetitos cunnos mentula sacra petit.

AD LECTOREM.

Nunc mea Lampsatio lasciui pagina uersu.

Pugnaq; sit uuluis, pugnaq; testiculis,

Ipsc Lutheranos statui committere cunnos.

Ipsa Luthera ualet mentula nempe parum.

Ne rigida pulses uereor tibi pallia uena,

Dum legis hos uersus, dum legis ipse iocos.

L. PISAEI IUVENAL.

AD MATRONAS.

Vos procul hinc etiam vos hinc discedite nuptæ,  
Quas tenues vitæ, quas sola longa tegit.  
Ludimus ista suis, quæ norunt scripta maritis,  
Quæ legis Albiacæ scripsimus ista togæ.  
Fabritij, Curiij, Detij, tetriciq; Catones,  
Scruat & intactos, quæ Patauina thoros,  
Vitent ne vitias nostri lususq; libelli.  
Sed legat hos Curius, Fabritiusq; tamen.  
Dum modo uelutalis cognoscat furta puellæ,  
Et non ludatur dum modo pelle sua.

CVPIDO AD MONACHAS.

Vos nunc lasciuæ Veneris uos furta maritæ,  
Et recitate iocos, concubitusq; sacros.  
Et personatos iam quælibet edite lusus,  
Sæpius hic cunnos plurima lingua sonct.

CATTA ET IUTTA LVTHE-  
ri & Spalatini uxores.

Iutta. Cum te secessu latitans incuruat amator,  
Qua monachum cælas arte fututa trum?  
Catta. Intraui quoties seivnclæ limina cellæ,  
Intus ubi cantans otia amator agit.

Sine

MONACHOPORNOM.

Siue mihi blando petulans arriserit ore,  
 Siue manu tepidos fouerit ille sinus.  
 Obsituo tum sedem foribus, uel loq; seraq;  
 Oblinitur stuppa, rimula si qua patet.  
 Demitur & strepitu, si qua est suspitio lecti.  
 Interea penis promitur ipse nubi.  
 Et tum secreta terebrantur uiscera uulue,  
 Quemq; premat cunnum dulcis amator habet  
 Sumq; ubi sollicito satis ipsa fututa timore,  
 A solito redeo rursus amore domum.

ELSA ET IUTTA IONAE  
 & Spalatini uxores.

Hinc ego discedam charissima Iutta ualetio,      Elsa.  
 Quia properas adeo, si potes Elsa mane.      Iutta.  
 Ni properem subito, me diceret esse fututum,      Elsa.  
 Vir meus ut nosse suspitiosus homo est.  
 An ne potens satis est? Elf. ut dicas esse spadonē,      Iutta.  
 Ut capio gallinas diligit, atq; nequit.  
 Basia sepe mihi dat, uerbis sepe iocatur  
 Teq; amo dicit ego, nec futuisse potest.  
 Hoc queror, hæc ea te quaq; me fortuna fatigat.      Iutta.  
 Hæc tibi cum nostra iuncta querela uenit.  
 Strenuu, esse meus conatur sepe maritus.  
 Sæpe solxcismum mentula parua facit.



L. PISAEI IUVENAL.

CATTA, IVTTA, ELSA.

Catta.

O fortunata nimium, nimiumque beata,  
Quarum uir toties causa doloris abest.  
Augustam petijt, petijt Brunonis & arces,  
Et quæ Mœniaco mœnia cincta uado.  
Interea dulces pariter nutritis amores,  
Pectoris excussas comprimitisque faces.  
At mens ipse sedet celati tutor amoris.  
Et coram cunno permanet ille meo.

I V T T A.

Mec bene felicem potuisses Elsa referre,  
Cum foret Augustæ uir meus atque tuus.  
Omni felices iuuenes, & amore secundi,  
Quas ego non carnas, concubitusque tuli.  
Huc illuc ibam, hic subito futuebar, & illic.  
Lux potuit mœchos, noxque habuisse suos.  
Vno nempe die deties ego sepe fututa  
Nocte habui taurum, nec minus ipsa meum.  
Dij tibi dent quæcumque uelis Augusta beata,  
Quæ mihi tum Veneris gaudia tanta dabas.

E L S A.

Augustæ florete diu, celebrata puellis,

Mœnia

MONACHOPORNOM

Mœnia, uos Veneris conciliaſtis opes.

O Venus, ô dulcis Veneris mihi grata uoluptas,

O uos concubitus, deliti, eq; thori.

Tum mihi mēſa meos iuuenes mea gaudia pauit,

Nunc his nunc illis congregiebar ego.

Et nunc ille die, ſed & hic me noſte tenebat.

Vix habuit cunæ, ſiſ oſia parua meus.

Ipsa ſuſiginea paſcebar adultera uulua,

Et Veneris ſucco pinguior illa fuit.

Tot iuuenes toties noſtrum preſſere cubile,

Copia iuditiæ eſt ſepe morata meum.

Illeq; poſt camerã, ſed et hic ſub fronde latebat,

Sepe fui gradibus, ſepe fututa thoris.

Cæſaris alia dies, & tempora læta puellis,

Concubitus ſemper uos canet ipſe meus.

Vos mihi mellitos bene tum donatiſtis amores.

Quo mihi uir uobis tempore raptus erat,

I V T T A.

Equid & ipſa tuos recitabas mollis amores,

Atq; futuri præmia largi dabas.

Iactauit reges cum Vindeſis ora potentes,

Et tenuit monachum Francia terra tuum.

Orgia ſunt Bachi clamabas Celta Lutberi.

Hec mancant nobis, cætera feſta ſinam.

L. PISAEI IUVENAL.

Sanctorum docta reprimit meus arte Lutherus.  
Sed tibi Bache tuos approbat ille dies.  
Cedat Fabritij coniunx, & nupta Catonis,  
Et casto cedat sponsa Sabina thoro.  
Lutta ueni, tuq; Elsa ueni, sanctaeq; puella,  
Que Venerem colitis, Lampsiacasq; faces.  
Ut chorus hic totus lasciuus rideat actis,  
Nunc uolo, nunc pueris, nunc date nocte uiris  
Ludite cum pueris, iuuenes & amate maritae,  
Illa foras subito si qua rubescit eat.  
Quelibet ohe Venus clamet, Venereq; loquatur  
Oreq; iam uestro mentula magna sonet.  
Quaeq; dies Saturnales, & bachica festa  
Excolat, à nobis ipse Lutherus abest,

C A T T A.

Vindelis, & nostros nutriuit chalcis amores,  
Inq; sinu semper dulcis amator erat.

I V T T A.

Sed quoniã memor es merita mihi Chalcidos ipsa  
O mihi quae Chalcis tempora blanda dedit.  
Quot iuuenes habui, quot mœchos nocte serena.  
Ab quoties una nocte sututa sui.

Catta

MONACHOPORNOM.

CATTA ET AMATOR.

O iuuenis foelix, ô formosissime salue.

Ab nimium lento pulcherr amator ades.

Sed quoniam tu stella uenis, & lucifer ortus,

Te genuit rutilans Memnonis ipsa parens.

Ecquid concubitus mihi rursus inire laboras.

O mihi luminibus charior ergo ueni,

Fœlix aura ueni, seruentis & aura Diones,

O Dulcedo ueni, succus et ipse ueni.

O mihi grata quies, ô dulcis amator, & aura,

Frigore me reficis dum calet igne femur.

Ab salue iuuenis tu talis nempe fututor,

Qualis in amplexu non fuit ante meo.

A M A T O R.

Ampla licet tibi sit, tamen est dulcissima uulua.

Non puto quod leno uenderet ipse tuus.

Basia mille mihi, da basia Catta Catulli.

Munus & istius nobile passer erit.

Et faciam Veneris super hæc tibi gaudia mille.

Dulciter & cunnus sentiat illa tuus.

At tibi dum futuo moucatur & inguine culus,

Murmuuret & labris lingua diserta tuis.

C A T T A.

L. PISAEI IUVENAL.

Si non stare uelit tibi mentula, ferreus esses,  
 Dum uolo tam blande mollis amica dare.  
 Instes ergo precor, facias & uulnera cunyo,  
 Sentiatur uerber septima costa tuum.

**Amator.** Blanditias, uocesq; quibus mea mentula surgit,  
 Adde, nec affixas tu retinetò nates.

**Catta.** O mea uita, meum pectus, mea lumina chara,  
 Esse negem melius cum Ganymede Ioui.  
 Sic Venus ipsa iuuat, sic tu me nempe resoluís,  
 Ut refici tibi me uix ego posse putem.

**Amator.** Blanditias nescis, dabo dic tibi premia magna,  
 Et dabo munificæ grande numisma manus.  
 Hæc mihi si dederis, spumescet in inguine cūnus,  
 Vuluaq; dictura est sum satiata semel.

**Catta.** Ab modo tu multum futuas, en accipe denos  
 Aureolos, dum uir nesciat ista meus.

SPALATINVS ET IUTTA.

**Spalatin.** Quid sit quod semper tu sis tam Iutta superba,  
 Te seruus pariter te domus ipsa pauet.

**Iutta.** Irascor merito, quod sim tibi nupta Spadoni.  
 Qui sequeris custos, assiduusq; comes.  
 Quando caco sequeris, sequeris cū mingo cloacis.  
 Quicquid ago præsto es, suspiciosus homo es.  
 Nec ridere mihi, nec tu permittis amare,

Tu mihi

MONACHOPCRNOM:

Tu mihi uis nebulo cuncta licere minus.  
Ludere me prohibes, iuuenū prohibesq; choreas  
Mallem sacrifici charior esse coqua.  
Corripis, obseruas, metuis ne forte papillas  
Tangendas alijs prostituisse uelim.  
Si loquor ad iuuenes quereris, iarasq; p hircos.  
Et uix à plagis abstinet ista manus.  
Si conuiuia meos amplexus forsitan ambit,  
Amplecti uxorem cepit & ille tuam.  
Clam tu succenses simul & suspiria ducis.  
Te quod sis natus suspitione puto.  
Aspicias interdum rugata fronte sodales,  
Sordidus & numeras pocula quarta bibant.  
Nimirum metuis, ne forte liquore soluti  
Incipiant mannis inseruisse manus.  
Si Tyrias sumpsi uestes, si fimbria cultus  
Distinguit, clamas nempe placere cupis.  
Si festiua peto zonam, pextq; capillos,  
Exclamas iuuenēs hęc meruere tui.  
Desine non possum talem mihi ferre maritum.  
Ab nimium metuis tu Spalatine Spado.  
Dum me sic tractas, nubant tibi Menades ipse.  
Et iaceat nostro Tisiphonia thoro.

CATTA, IUTTA, BLSA.

Discere

L. PISAEI IUVENAL.

Catta,

Discere iam primum coniunx ego cogor amare,  
 Au liui flammas uix amatricis aque.  
 Audieram Daphnen, quam fabula nota poetis  
 lactitat, & pecudes, Pasiphæsq; thoros.  
 Fabula prisca fidem meruit, iam credite tauro,  
 Et me uel nuptam saeva libido mouet.  
 Penelope me forte sibi putet esse Lutherus.  
 Hoc prohibet scabies, cunnus & ipse uetus.  
 Non satis ille meus futuit me nocte Lutherus,  
 Forsitan hoc etiam præ pietate facit.  
 Ut modo me futuat per me sit & impius ille.  
 Me lasciuia Venus, meq; amor igne premit.  
 Ut non ille sciat, quando libet ire fututum,  
 Me doceas artes Elsa diserta precor.  
 Scilicet hoc foelix tu diceris esse magistra,  
 Hosce dolos moecho saepe fututa tencs,

I V T T A.

Me latet ars, sed forma tamē mediocris amandi  
 Nota mihi est. Si uis noscere, discere seram.  
 Non tam stulta tibi es dicas ut Catta marito,  
 Sis ad amatoris tu quod itura domos.  
 Longe alias fingas causas, & uerba Lut'hero,  
 Ad moechum quoties longius ire uoles.  
 Aut tu uicinam, aut egram simulabis amicam,

AUT

MONACHOPCRNOM:

Aut referas iam nunc ipsa macella petam.  
Aut nunc ad fratrem tendas matremq; patrèq;  
Non puto se iungat quod cemes ille tibi.  
Et sis ut fingas quæuis mendacia uelox.  
Semper & ad causas ingeniosa nouas.  
Quis sit præterea nosti præceptor amoris,  
Si latium calles, hunc quoq; saepe legas.  
Casus ubiq; ualet, semper tibi pendeat hamus.  
Quo minime reris gurgite piscis erit.  
Cum legit ille sacros ut nosti Catta prophetas,  
Seu tibi quid forsân quod graue tractat habet  
Tu discede cito, capias ut basia mille,  
Post modo plus deties ipsa fututa redi.  
Interdum fingas te balnea uelle subire,  
Interdum scaphio uelle sedere tuo.

E L S A.

Ipsa noui nihil inde refers charissima Iutta,  
Vt or ego quæ sunt his meliora tuis.  
O quoties etiam decepi nocte maritum,  
Et quoties tenuit clausa culina duos.  
Sæpe mihi mœchus præcensa ueste latebat.  
Sæpeq; cum tereret non uidet ille tamen.  
Sunt mihi secessus, quin est occasio furti,  
Disserere ille uiro cum solet arte tuo.

Catta



L. PISAEI IUVENALIS

CATTA.

Hic mihi quàm uobis Dij sunt in amore secundum.

Vestraque per placidas cymba uagatur aquas.

Absunt saepe uiri, uos indulgetis amori.

At me torquet amor, torquet et ipsa Venus.

Et meus ille domi podagra, cheragraque tenetur.

Tutor adest cummi semper et ille mei.

IUTTA.

Hac ego praecipue sum foelix sorte maritatus.

Saepe quocumque futui, dum Spalatinus abest.

CATTA ET LUTHERVS.

Lutherus. Cattha ueni mea Cattha ueni, uis esse futurus.

Mentula posse sibi se putat arrigere.

Experiar si uis, age semisupina recumbe.

Hec tibi tolle, tene pollice Cattha tuo.

Cattha. Labitur ecce tibi, non arrigit ipse Priapus.

Lutherus. Sic digitis mulce, sic mihi Cattha frica.

Cattha. Languida quid prodesse tractare uirilia dextra,

Mentula si prima concidit ipsa uia?

Lutherus. Ergo quid faciam? Cat. Venerè differre iubebo.

Cras cum uina bibes, uena resurget iners.

SPALATINVS ET IUTTA.

En mihi

MONACHOPORNOM.

En mihi canescunt tonsa sudaria barba. Spalatin.  
 Tu facis hoc, seruas dum minus ipsa fidem.  
 Quæ seruare fidem poterit coniuncta Spadone, Iutta.  
 Anno qui poterit uix futuisse semel?  
 Mentiris, tibi sum lasciuior ipse Catullo. Spalat.  
 Ecquid eras nuper Iutta fututa mihi,  
 Me futuis detics, sed sentio uix semel istud. Iutta.  
 Ut futuas toties me iuuat ergo nihil.  
 Sentio nil tibi dum futuor, nisi forsitan unum,  
 Quod queror à labris puncta marita tuis.

ELSA ET IUTTA.

Nimirum tollas petulanti splene cachinum,  
 Si nosses etiam quos scio Iutta sales. (absit.  
 Dic quid sit. El. Pudet ista loqui. Iut. Dic arbiter Iutta.  
 Sine obscæna putas, seu miris, ista refer.

E L S A.

Alter dum futuit, tum forte superuenit alter,  
 Illeq; conatur me quoq; uti futuat.  
 Alter cbit subito, te prodam dixit & alter,  
 Ni facias, prodam, te quoq; uti futuam.  
 Sed de formis erat sparsa ceu rusticus ore,  
 Nos futues dixi me puto si sapiam.  
 Te futuam dixit, dixi si forte maritus  
 Iusserit, ipsa nego, non futuisse potes.

AMB

L. PISAEI IUVENAL.

Aut futue, aut prodare refert, brachasq; resolu-  
Quiq; stetit penis sesquipedalis erat. (uit.  
Hunc postquam uidi, uicit me seua libido.  
Quodq; petit cunno nempe fututa dedi.  
At mihi tum costam septenam uenit adusq;  
Mentula, dum t' undis uiscera laxa subit.

CATTA ET LUTHERVS.

Catta. Rhenanos samio tibi uase propino racemos,  
Pocula plena uides euacuata mero.  
Lutherus. Te potare decet gemma, quæ nuptia Lutheri  
Diceris, & nostri prisca Medusa soli.  
Largius ipsa bibas, faciant ut uina calores,  
In Scaphio cunni nocte lauabo tui.

IUTTA ET SPALATINVS.

Iutta. Nubere quæ poterit post me Spalatine puella,  
Esse potest stygij persephonia iouis.  
Spalatin. Dij te seruassent, nunquid tibi displicet ille,  
Qui toties mollis te futuisse potest.  
Iutta. Quod si tu futuis, bene tum futuere Spadones,  
Ex Spalatino sic potes esse Spado.  
Spalat. Proh scelus immensum crimenq; libidinis huius!  
Te futuat Damon, te futuantq; Sues.

Quis

MONACHOPORNOM.

Quis poterit tantū Veneris compleſſe barathrū

Quis poterit ſtygios euacuare lacus.

Ecquid tu futuis, dum cunnum lingere noſti,

Iutta.

Et futuiſſe ſerè eſt res peregrina tibi ?

Inſtabam nuper deties Spalatine futuro,

De mihi pene tunc tibi monebat,

Non futuam quamuis omni te nocte monebat,

Tempus erit potero cum dare ſæpe tibi.

Nunc & inextincta facis eſſe libidinis ipſe,

Quam mihi qui poſſit uincere nullus erit ?

O mendax nebulo quæ tecum miſceat artus,

Poſſit & ingenuum conſeruiſſe femur ?

Tam male turpis oles, quàm non fallonis auari

Teſta uetus, canis & putrida facta cutis.

Amplius ipſa tuum coniunx nec adibo cubile.

Communis tecum nec mihi lectus erit.

Complectarq; mecum nec tu prohibebis amicum.

Me futuat ſeruus, dum Spalatine uides.

Mille dabit Iuttæ pulcher laſciua iuuenens

Baſia, plus deties qui futuiſſe poteſt.

Tecum prandebo, ſed ſic diuiſa recumbam,

Vt non tangantur corpora noſtra tuis,

Oſcula rara mihi, ſed non ea tu dabis ultro.

Cum dederis uinum, tum dabis illa mihi.

Si potes iſta pati, forſan tibi Iutta manebit,

Si minus, ipſe alios tu futuiſſe ſinas.

MONACHOPORNOM.

Dum sum nupta tibi, cogor satis esse fututa.  
 Seu me tu futuas, siue alius futuat.  
 Sin futuuisse nequis, & onus perferre recusas,  
 Inueniam pro te qui futuuisse uelit.

LV THERVS AD CATTAM.

Vrbis fama tuæ, laudatæ gloria formæ,  
 O & uestalis palma decusq; togæ.  
 Inter formosas longe pulcherrima nymphas.  
 Es mihi luminibus charior ipsa meis.  
 Inguina nempe tui spirant opobalsama cunni,  
 Flatus & ipse tuus, quæ cadit aura croco.  
 Poma per bybernas quod mitescunt cellas,  
 Arbore quod uerna fragrat odoribus ager.  
 Hoc etiam niucum mammis tibi pectus odorat.  
 Tu reficis tepido corpora nostra sinu.  
 Stella maris salue, salue mihi lucifer ignis,  
 His mihi da felix oscula blanda thoris.  
 Hunc ego uix cunnum possem tibi uendere mille  
 Aureolis, iterum semisupina iace.

I V T T A. S P A L A T I N V S.

Pullus abortiuo nec cum putrescit in ouo,  
 Sic nec ad Albiacas putre cadauer aquas.  
 Nec sic circus olet, quam sordet spiritus oris.  
 Quiq; sub axillis foetet odore tuis.

MONACHOPORNOM.

Os male Iutta mihi, tibi cumus olere uidetur, Spalat.  
 Nunc uter ergo tibi, dic mihi, peius olet?

ELSA ET IUTTA.

Te futuit mœchus, futuit te Iutta maritus, Elsa.  
 Vnum si cunnum miror uterq; premit.

Quod futuat duplex unam tibi mentula uuluam  
 Non puto, sed cunnos te puto habere duos.

Ast unum futuit duplex me penis habentem. Iutta.  
 Attamen est duplex, uulua sit una licet.

Hoc dubitas uolucris clamās anigmata sphingos.  
 At sunt Phœbeio uera magis tripode.

Cum do Iutta uiro, cunnum supporo coacta,  
 At cum do mœcho blanda reduco nates.

Est mihi sic duplex cumus, cum sit tamen unus.  
 Sic ænigma meum percipis ipsa puto.

CATTA ET IUTTA.

Siue hymeneus habet positis conuiuia mensis, Iutta.  
 Siue alias iactat splendida mensa dapes.

Qui sit quodiuenes nolint uos sepe locare,  
 Et maneat nostro sepe querela thoro?

Et nisi tu forsansic quaslibet ipsa locares,  
 Discubitus teneant ut bene quæq; suos.

Vnguibus inde foret sectis per sepe duellum,  
 Laderet & roseas aspera pugna genas.

C 2 Hoc

L. PISAEI IUVENALIS

*Callid.*

Hoc dubitant iuvenes etiam per sepe disertis,  
 Et quam quid deceat, non bene nosse queunt;  
 Quae sint praeposita, uel quae sit episcopa scire,  
 Difficile est fateor, nec leue minus habet.  
 An quoque praepositas possint equare magistrae,  
 An quoque doctrices praeposita superent.  
 Quae tibi maiores, et nobilitate minores,  
 Quae dici doctrix, quaeue magistra uelit.  
 Quae potius praeses, quam doctrix esse laboret.  
 Nobilius nomen quae generosa petat.  
 Quae super attendens dici, uel episcopa malit,  
 Ut sit lux mundi uix tamen ista sciet.

ELSA ET IUTTA.

*Elsa.*

Anno uix toto putò me semel esse fututam.  
 Et me uir semper dicit amare meus.  
 Meque tenet solus, soli uult esse maritam,  
 Vellem alios sineret, cum minus ille potest.

*Iutta.*

Ergo quid queritur, quae tum tibi causa roganti  
 Redditur, hic poterat quod futuisse minus:

*Elsa.*

Vesicam queritur uexet quod calculus asper,  
 Urinae uetitus ledat et exta liquor.

*Iutta.*

Ignoscas misero, dum non est sanus a scello,  
 Nam cum non mingat, qui futuisse queat?  
 Ut me non futuat, fingit mendacia saepe:  
 Elsa mihi dentes, inquit et ille, dolent.

*Indul.*

MONACHOPORNOM.

Indulget cummo meus hic dum nocte maritus,

Iutta.

Qui potius dici debuit ille Spado.

Perè fuit uulua madihus, cummoq; si uenti

Extinxis, subito ni reas, jet iners.

At postquam fatuit semel, hic in fine cacauit.

Tam fortis longa nocte fututor erat.

Tantus odor fuerat credas, ut nempe uiderer

Latrina infelix esse fututus mihi.

Et cacat, & mingit lecto meus ille propheta,

Elfa.

Si quando uetites calculus urget aquis.

IUTTA ET CATA.

Ille tuus quondam iuuenis, iam nempe Lutherus Iutta.

Ille senex, cummo par minus ille tuo,

Ecquid iam uitam sibi uellet habere priorem.

Anz dies condit mollior ipse suos?

Quantum Chaonijs aquila præstare columbis, Catta.

Et quanto melior ansere fertur olor.

Quàm ueteres celsa surgunt tibi fronde cupressi

Inferius quanto crescit amara salix.

Posterior tanto est melior sibi uita priore,

Iam superat sacras ipse prophanus opes.

Antea uix Cereris mendico frustra dabantur,

Cascolos raros saccus et ipse dabat.

Nunc sotijs pulsis amplos tenet ille penates,

Solus & in sacra nunc regit ille domo.

C 3 Nunc



L. PISAEI IUVENAL.

Nunc uirides hortos, et nunc frumenta, merūq;  
 Principe donatum munus auarus habet.  
 Antea castus erat, Veneris nunc castra sequutus  
 Me futuit dominam sepius ille suam.  
 Iutta. Quamuis sepe refert, heredi nulla relinquam  
 Prædia, non heres ullus habebit opes.  
 Attamen ille domos, & claros extruit hortos,  
 Penèq; Leucorium subiicit ille sibi.  
 Et nihil heredi se uelle relinquere dicit.  
 Verum est, confitiet luxuriosus opes.

CATTA AD ANCILLAM.

Aureolis denis est emptus nocte Priapus.  
 Miraris pretium tam graue, magnus erat.

IUTTA ET CATTA,

Iutta. Ecquid Castorio tu sepe Valente fututa es?  
 Catta. Quo? Iut. cui cognomē paruula Bibra dedit.  
 Catta. Nescio. Iut. quid nescis clarè tamen ille fatetur,  
 Et qui nec mendax, nec solet esse loquax,  
 Nō Helenes frater, sed erat tibi Castor amator,  
 Non tibi frater erat, Castor amator erat.  
 Non soror esse uelim, foret hic si Castor amator  
 Sis Helene liceat, non tibi frater erit.  
 Catta. Scilicet hæc docte nostri mihi Iutta iocari,  
 Et legis Aonijs carmina facta modis.

Audie.

MONACHOPORNOM.

Os male Iutta mihi, tibi cunnus olere uidetur, Spalat.  
 Nunc uter ergo tibi, dic mihi, peius olet ?

ELSA ET IUTTA.

Te futuit moechus, futuit te Iutta maritus, Elsa.

· Vnum si cunnum miror uterq; premit.

Quod futuat duplex unam tibi mentula uulvam

Non puto, sed cunnos te puto habere duos.

At unum futuit duplex me penis habentem. Iutta.

Attamen est duplex, uulua sit una licet.

Hoc dubitas uolueris clamās anigmata sphingos.

At sunt Phœbeio uera magis tripode.

Cum do Iutta uiro, cunnum supporo coacta,

At cum do moecho blanda reduco nates.

Est mihi sic duplex cunnus, cum sit tamen unus.

Sic ænigma meum percipis ipsa puto.

CATTA ET IUTTA.

Siue hymeneus habet positus conuiuia mensis,

Siue alias iactat splendida mensa dapes.

Qui sit quod iuuenes nolint nos sepe locare,

Et maneat nostro sepe querela thoro ?

Et nisi tu forsansic quaslibet ipsa locares,

Discubitus teneant ut bene quæq; suos.

Vnguibus inde foret sectis per sepe duellum,

Lederet & roseas aspera pugna genas.

Iutta.

L. PISAEI IUVENALIS

*Callis.*

Hoc dubitant iuvenes etiam persæpe deserti,  
 Et quam quid deceat, non bene nosse queunt,  
 Quæ sint præpositæ, uel quæ sit episcopa scire,  
 Difficile est fateor, nec leue munus habet.  
 An quoq; præpositas possint æquare magistra,  
 An quoq; doctrices præpositæ superent.  
 Quæ tibi maiores, & nobilitate minores,  
 Quæ cædici doctrix, quæue magistra uelit.  
 Quæ potius præses, quàm doctrix esse laboret.  
 Nobilius nomen quæ generosa petat.  
 Quæ super attendens dici, uel episcopa malit,  
 Ut sit lux mundi uix tamen ista sciet.

ELSA ET IUTTA.

*Elsa.*

Anno uix toto putò me semel esse fututam.  
 Et me uir semper dicit amare meus.  
 Meq; tenet solus, soli uult esse maritam,  
 Vellem alios sineret, cum minus ille potest.

*Iutta.*

Ergo quid queritur, quæ tum tibi causa roganti  
 Redditur, hic poterat quod futuisse minus:

*Elsa.*

Vesicam queritur uexet quod calculus asper,  
 Urinæ uetitus ledat & exta liquor.

*Iutta.*

Ignoscas misero, dum non est sanus ascelo,  
 Nam cum non mingat, qui futuisse queat &  
 Ut me non futuat, fingit mendacia sæpe:  
 Elsa mihi dentes, inquit & ille, dolent.

*Indul.*

MONACHOPORNON.

Indulget cummo meus hic dum nocte maritus, Iutta.

Qui potius dici debuit ille Spado.

Perē fuit uulua radii tus, cummoq; si uenti

Extiterat, subito ni reuolūset uers.

At postquam futuit semel, hic in fine cacauit.

Tam fortis longa nocte fututor erat.

Tantus odor fuerat credas, ut nempe uiderer

Latrina infelix esse fututa mihi.

Et cecat, & mingit lecto meus ille propheta, Elsa.

S' quando uetitas calculus urget aquas.

IUTTA ET CATTA.

Ille tuus quondam iuuenis, iam nempe Lutherus Iutta.

Ille senex, cummo par minus ille tuo,

Ecquid iam uitam sibi uellet habere priorem.

Anz dies condit mollior ipse suos?

Quantum Chaonijs aquilæ præstare columbis, Catta.

Et quanto melior aufere fertur olor.

Quam ueteres celsa surgunt tibi fronde cupressi

Inferius quanto crescit amara salix.

Posterior tanto est melior sibi uita priore,

Iam superat sacras ipse prophanus opes.

Antea uix Cereris mendico frustra dabantur,

Cascolos raros saccus et ipse dabat.

Nunc sotijs pulsus amplos tenet ille penates,

Solus & in sacra nunc regit ille domo.

L. PISAEI IUVENAL.

Nunc uirides hortos, et nunc frumenta, merūq;  
Principē donatum munus auarus habet.

Antea castus erat, Veneris nunc castra sequutus  
Me futuit dominam sepius ille suam.

Iutta.

Quamuis sepe refert, heredi nulla relinquam  
Prædia, non heres ullus habebit opes.

Attamen ille domos, & claros extruit hortos,  
Penèq; Leucorium subijcit ille sibi.

Et nihil heredi se uelle relinquere dicit.

Verum est, confitiet luxuriosus opes.

CATTA AD ANCILLAM.

Aurcolis denis est emptus nocte Priapus.

Miraris pretium tam graue, magnus erat.

IUTTA ET CATTA,

Iutta.

Ecquid Castorio tu sepe Valente fututa es?

Catta.

Quo? Iut. cui cognomē paruula Bibra dedit.

Catta.

Nescio. Iut. quid nescis clarè tamen ille fatetur,

Et qui nec mendax, nec solet esse loquax,

Nō Helenes frater, sed erat tibi Castor amator,

Non tibi frater erat, Castor amator erat.

Non soror esse uelim, foret hic si Castor amator

Sis Helene liceat, non tibi frater erit.

Catta.

Scilicet hæc docte nosti mihi Iutta iocari,

Et legis Aonijs carmina facta modis.

Audic.

MONACHOPORNOM.

Audieram Bibræ te sæpe fuisse fututam, Iutta.  
 Et digitis illi scripta dedisse tuis.  
 Audieras, & fama fuit, tibi forsân amores, Catta.  
 Et potuit flammâs illa tulisse meas.  
 Noscere Catta suo poteris quæ scripsit amanti,  
 Dum geminat lacrymas facta litura suas.  
 Hunc tua de Parisiis lento tibi Catta Valenti  
 Mittit, ut agnoscas manus amantis habere.  
 De lacrymis factas bene uideris esse lituras,  
 Cernis ut est nostris humida charta genis.  
 Respicias forsân, si me non spernis amantem.  
 Felix dies aderit, quæ tuâ scripta legam.  
 Castoris hæc etiâ contingat epistola dextram,  
 Perueniantq; aures ista querela tuas.  
 Sola meum modo si nescis ego Catta Valentera  
 Ultra promissum tempus abesse queror.

ELSA ET CATTÂ.

Qui miserâ obscuras uultus tibi Cattâ serenos,  
 Triste dolor mæstus quis tibi pectus habet?  
 Num quereris monacho te non satis esse fututâ?  
 An noua forte tibi causa doloris adest?  
 Castoris urget amor, scæuq; Cupidinis arcus. Catta.  
 In nostros requies non uenit ulla thoros,  
 O penis fœlix, o mentula sesquipedalis,  
 Illa meos cunnos distrahit illa meos.

L. PISAEI IUVENAL.

Ipsa licet dicar uarias regina per urbes,  
 Imperio tamen est charior illa meo.  
 Heu quoties istum senserunt uiscera neruum.  
 Ab quoties istum septima costa tulit.  
 Sed dolco quod sit sine damno nulla uoluptas,  
 Et sua damna serox Elsa priapus habet.  
 Ista mecum fecit laxatum mentula cunnum.  
 Author dissidij, causaq; Castor erit.  
 Vir quoq; cōqueritur laceratas crimine uulvas.  
 Has etiam sensit Castoris esse uias,

CASTOR ET LUTHERVS.

**Valens &** Insimulare potes mendax me criminis huius.  
**Bibra.** Et potes hęc falsus turpia uerba loqui?  
**Lutherus.** O scelus, ô facinus, secliq; infamia nostri.  
 Flagitium patrię Bibra perenne domus.  
**Val. & bib.** Nō genus ergo meum per te mihi turpe feretur,  
 Inq; domo patrię non mihi crimen erit.  
**Lutherus.** Hęc moriere die, scelus hac tu luce peribis  
 Obrutus Albiacis turpis adulter aquis.  
 Ausus es has nobis sic amplas reddere uulvas,  
 Et mihi legitimos Castor inire thoros.  
 Tam laxus Cattę est cūnus, quàm culus equarū,  
 Acientis mule quàm tibi uulua foret.  
 Pileus & lati capitis, fornacis & ora,  
 Quam uetus & densa calcæus uetus aqua.

Quam

MONACHOPORNO.

Quam frōdatoris brachæ, manicæq; propheta,

Nomine de patrio quem pudet esse coquum.

Hanc cum forte breui futuo sub nocte Lutherus

Pileolum hirsutum me futuisse puto.

Vos cessate precor, puto iam satis esse fututum, **Lauerna.**

Furtaq; vos fures iam recitate mihi.

SCHOENEIVS ET CORVVS.

Tristia pendentis deslemus funera fratris,

**Schœneius**

Tu fratri lachrymas funde marita meo.

Quid facis in celsa frater charissime surca.

Hei mihi si coruis esca futurus eris.

Quim male tu liquido madefactus in æthere pen

Scilicet hæc pœna non bene dignus eras. (des

O mores dicam, rursusq; ô tempora dicam,

Vsus prisce iaces, lex quoq; prisca iaces,

Que paruos tantum fures pendere iubebas,

En quoq; iam magnos illaquasse licet.

Millia triginta bis tu furatus es æris,

Et laqueum collo tam male frater habes.

Quid gemis, et fratris desles Schœneie funus, **Coruus.**

Perfectum Lachesis non reuocabis opus.

Non Danae lymphas, non Saxum Sisyphus ipse,

Non exorabit Tantalus anne sitim.

Rursus Aloidas rescent non tartara fratres,

Anguipedes non est Acthina datura tibi



L. PISAEI IUVENAL.

Non rota cessabit, Tityon non rodere uultur

Desinet. At sceleri debita poena manet.

Schœneius Vos quæ pulla deæ duxistis stamina fratri,

Vestra, ne sunt nulla fila tenenda prece?

Sic fuit in satis, serres suspendi frater,

Terreresq; tuam flebilis umbra, donum.

Coruus. Desine tam maestis tristis Schœneie querelas.

Et crimen fratris uoce tuere tui.

Schœneius Hæc mihi qua potero furtum defendere uoce,

Hæc semel, hæc satis est, flebile pendet onus.

Coruus. Prudens consilium Corui Schœneie sequutus

Quo tu defendas nobile crimen habes.

Schœneius Dic precor o auum clarissime corue rapinis.

Qualiacumq; refers candidæ Corue sequar.

Coruus. Leucorij dabit hoc uxor regina Lutheri.

Aureolos centum si potes ipse dato.

Munera si dederis suadebit nempe Luthero.

Placatur donis scilicet illa datis.

Hæc tibi si fuerit defensor in arte Lutherus.

Rem factam poteris tutus habere tibi.

Ipse tibi inueniet diuersa sophismata libris.

Crimina descendet qualiacumq; tibi.

Schœneius At mihi non nota est nostri regina Lutheri,

Vsus amicitie nec fuit ante mihi.

Coruus. Est mea nota illi si nescis uita, fidesq;

Esse puto ueras huius amicitias.

MONACHOPORNOM.

Ipse cibos una capio, capioq; quietem.

Quæq; illi domus est, est domus illa mihi.

Insuper & monachas, seruas, seruosq; gubernas.

Res agitur cura, consilioq; meo.

Mira refers, illam sed forte simul futuisti,

Schœncius

Dum totas solus res agis ipse domus.

Corne uile, ne tu futuas, dum nempe gubernas.

Ne futuas illic dum capis ipse cibos.

Ne futuas, illic dum tradis membra quieti,

Ne futuas, seruos dum regis ipse domo.

Ne futuas, dominæ rebus dum consulis ipse.

Ne futuas, dum sic charus es ipse utro.

Ne futuas, dum sic tu nempe domesticus esse

Diceris, atq; tenes lumina, ne futuas.

Hec est nana fides. Schœ. certe nil certius illa. Coruus.

Hanc futuis, dum tu res agis ipse suas.

Sed quid tu rides. Cor. Ut factus es. Sch. ergo futuas.

Nam uerâ risus prodiit ille fidem. (tuta est.)

O quoties illam subigis scribente Lutherò.

Ab quoties est clam nempe fututa tibi.

Ist. dabit succos nimirum uulua priapo.

Nimirum sponso dat satis illa suo,

Coruus.

Vera fateere mihi, quoties illam futuisti?

Schœncius

Hoc ego non fateor, sed fateor quod amet.

Coruus.

Quodq; illi placeam, et uero sim iunctus amore.

Quodq; peto mihi sit nempe datura lubens.

L. PISAEI IUVENAL.

- Schœneius** Ibimus ergo simul, referamq; numismata mecum,  
 Quotq; iubes nummos ipse daturus ero.
- Coruus.** Leucorij salve regina superba Lutheri,  
 Et centum aureolos hoc tibi munus habe.  
 Effice defendat Schœncia furta Lutherus.
- Catta.** Expectate parum mox reditura petam.
- Lutherus.** Omibi grata quies, ô dulcis cura uenito,  
 Rursus in amplexus Catta recurre reos.  
 Basia da nobis, Veneris da gaudia nobis,  
 Et pete quod libitum est, qualiacunq; dabo.
- Catta.** Te peto ut exoneres Schœncia furta Luthere.  
 Hoc mihi si dederis, basia mille dabo.
- Lutherus.** Non sunt ista mei si nescis Catta laboris,  
 Non est offitij litera nigra mei.
- Catta.** Cur hunc qui mensa natum, generumq; trucidat  
 E medio iudex eripis ipse foro?  
 Si uitas lites, si uitas sancte Luthere  
 Formam Rhomani iudiciumq; fori.
- Lutherus.** Est uitium, si qui d. forsannimis esse uidetur.  
 Codicis hæc res est, Casarciq; libri.
- Catta.** Tu tamen es Casar, tu rex, & pappa Luthere,  
 Arbitrator & sancti dicris esse thori.  
 Cimicis est saccus Casar tibi, pappa prophanus,  
 Et tibi contemptum rex quoq; nomen habet.  
 Insuper in uarios latras regesq; ducesq;  
 Te timet omnis humus, te timet omnis aqua.  
 Te quoq;

L. PISAEI IUVENAE.

Te quoq; calicole metuunt, et tartara flammis,  
Contemnis stygium nec minus ipse Iouem.

Ergo cum tua sit caelo, terraq; potestas,  
Ecquid & hos fures exonerare potes?

Hoc sit grande licet, quia nil tibi Catta negare Lutherus,  
Forte decet, lites exequar ipse tamen.

Spargite fronde domos, fures celebrate Lauer. Catta,  
Et celebres iterum uos reparate choros. (nam

Res est uicta mihi, componitur arte libellus,  
Diluitur furti, crimen onusq; tui

Dedecus hoc tegitur, nec habet sua crimina fur. Coruus.  
Flagitium rursus cepit & esse decus. (tum,

Esset furatus quoq; iam si millia centum,  
Tam graue non ullum crimen haberet onus.

Semper bonos, nomenq; tuum regina manebit, Schaefferius  
Dum potes & fures demeruisse, Vale.

BABYLONIDVM CHORVS.

Lusus, delitias, Cupidinesq;  
Et cunnos dedimus Vale Luthere.

Appelles aliter licet Luthere,  
Refert nempe parum, nihilq; refert,

Seu dicas ueteris dies Priapi,  
Seu festum uocites tibi Iupercal,

Seu

L. PISAEI IUVENALIS

Seu floralia, quae semel Catoni  
 Olim uisa fuere, siue malis  
 Ludos Cypridos esse, seu Diones,  
 Seu tu tempore Martias Calendas  
 Nostro forte uelis uocare, siue  
 Laruatas potius uelis maritas  
 Lusus, delitias, iocos, salesq;  
 Nostros dicere, tu potes, licebit  
 Seu uuluae q; Luthere, mentulasq;  
 Seu cunnos laceros, pigrosq; penes,  
 Seu nuptas uocites licet fututas,  
 Quin et continuas fututiones,  
 Donamus tibi quas, Vale Luthere.  
 Cum π ο γ υ α ι ρ παriter uale Luthere.  
 Rursus cum μ ο ν α χ α ι ρ uale Luthere  
 Rursus cum laceris uale Luthere  
 Cunnis, seignibus et uale priapis.  
 Cum π ο γ υ ω ρ μ α χ ι α uale Luthere.  
 Istas delitias, iocos, salesq;  
 Cunnos, et monachas, facetiasq;  
 Lasciuas ueneres, Cupidinesq;  
 Donamus tibi, sic uale Luthere.  
 Dum sic ipse uales, uale Luthere,  
 Denso pilcolo uale Luthere,  
 Quem tum te futuisse credis ipse,  
 Cum Cattam futuis. Vale Luthere.

L. PISAEI IUVENALIS  
Monachopornomachiae  
Finis.

PAUCORVM EXEMPLA.  
rium errores duolibrario-  
rum incuria com-  
missi.

C 3. facie 1. uersu 13. pro dispar  $\sigma$ , lege  
par minus.

Eodem sol. uersu 22. pro frustra, lege frustra.

PT Lemnius, Simon  
1743 Lutii Visaei Iuvenalis  
L54M6 Monachopornomachia  
1539a

PLEASE DO NOT REMOVE  
CARDS OR SLIPS FROM THIS POCKET

---

UNIVERSITY OF TORONTO LIBRARY

---

